

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4225

Auteur(s) : Guillaume de Saint-Jean [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Lucerne-d'Outremer, Sainte-Trinité de La Lucerne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1162

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Saint-Jean, son frère Robert et sa femme Oliva donnent à l'église et aux chanoines de Sainte-Trinité de La Lucerne la terre où l'abbaye est fondée, l'église Saint-Jean et d'autres biens.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dubosc François, *Cartulaire de la Manche*, abbaye de la Luzerne, abbaye de Mont-Morel, prieuré de la Perrine, Saint-Lô, Jacqueline fils (Archives départementales de la Manche), 1878, Luzerne, n° VII, p. 6-8.

Texte établi d'après a

Noscant omnes tam futuri quam presentes quod omnipotentis dei instinctu et domini Hugonis Rotomagensis archiepiscopi et venerabilium episcoporum Achardi Abrincensis et Ricardi Constantiensis consilio, assensu etiam Henrici regis Anglorum, ducis Normannie et Aquitanie et comitis Andegavensis, Ego Willelmus de Sancto Johanne et Robertus, frater meus, et Oliva, uxor mea, pro remissione peccatorum nostrorum et antecessorum et successorum nostrorum, dedimus deo et ecclesie Sancte Trinitatis de Lucerna et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus terram in qua fundata est abbatia, eam scilicet que est inter primum vivarium ipsorum et nemus et Thar et Tharnet, et ecclesiam de Sancto Johanne cum omnibus pertinentiis suis ; ita tamen ut per duos presbiteros serviatur, sive de religione, sive de seculo, in voluntate abbatis et canonicorum ; et vineam juxta ecclesiam, et masuram Girardi, et masuram Hugonis Le Blanc, et unum pratum juxta pratum Giroldi de Cuiron. — Pratum et due masure non faciunt tres acras terre. — Et masuram Radulfi Le Sor, et XV quarterios frumenti in molendinis de Sancto Johanne qui singulis annis prius reddentur. Et pro decima redditus nummorum nostrorum XIII solidos Cenomannensium in prefectura de Sancto Johanne. Et IX solidos Cenomannensium de prato de Wauterot. De his XXIII solidis decem erunt ad luminare ecclesie de Sancto Johanne, et novem de Wauterot ad unam lampadem que ardebit per diem et noctem coram altari beate virginis Marie in eadem ecclesia, et IIII solidos qui remanent habebunt canonici. Dedimus etiam prefatis canonicis apud La Lande VI solidos, et apud Angeum VIII solidos ad festum Sancti Michaelis, et I quarterium et dimidium avene et decimam molte, et ibidem decimam redditus Andree de Rochella, et decimam gallinarum de Sancto Johanne, et sedem unius piscarie ad mare, et totam decimam omnium pisciarum et sepiarum de batellis, et X acras terre ad Sanctum Ursinum, et universam terram que est inter Thar et Tharnesiam usque ad terram Sancti Ursini, que erat de feodo Sancti Michaelis de Monte, excepta medietate cuiusdam vallis quam ad boscum nutrientum canonici sibi et monachis conservare debent. Pro hac autem terra dedimus monachis in excambio feodium Alani de Buceio, in quo sedet dimidia ecclesia et dimidium cimiterium Buceii, unde nobis X solidos Andegavensium et servicium equi persolvebat, et feodium Rogeri filii Hugonis in Pomaria, unde II quarterios frumenti et dimidium ad magnam mensuram nobis reddebat. Dedimus adhuc predicte abbacie decimam redditus terre Willelmi de Braeio de Domno Johanne, et duas garbas decime terre Cornart ad

Pomariam. Dedimus et ecclesiam de Rochella cum omnibus pertinentiis suis, concedente Rogero Paupere qui in eadem ecclesia presentationem habebat, pro qua presentatione dedimus ei ad Luoth masuram Hugonis Allium in bursa, et masuram Lamberti. Dedimus et ecclesiam de Angeio cum pertinentiis suis. Dedimus et in Grimovilla duas garbas decime de tota terra nostra, excepto hoc quod monachi de Moretonio in eadem decima habent ; et unam masuram duarum acrарum et decimam redditus terre Rosselli, et decimam redditus terre et hominum de Brienneio et molendini ; et decimam redditus terre quam Willelmus de Verduno tenet de nobis ad Boillon ; et in Torevilla dimidiam ecclesiam ; et circa ecclesiam tres virgatas terre, octo perticas minus, et unam masuram IIII acrарum et dimidie virgate ; et totum dominicum nostrum de Inter duas valles. Ad Montcaton unam masuram duarum acrарum, et in piscaria quicquid capietur in ea, unaquaque quarta feria, ab ortu solis usque in sequentem diem eadem hora. Et in Heenvilla totam decimam ferie et piscarie. Et sciendum quod nullus piscis vendetur, sed omnes in conventu comedentur. Dedimus et in Constantiis totam terram a masura Rogeri Burnel usque ad terram de Templo, sicut divise monstrant, exceptis terris Odonis de Ponte et Rogeri Gareth ; et totum feodium Gisleberti filii Petri. Hanc terram et homines in ea manentes dedimus omnino solutos et quietos, excepto opere de beodo molendini. Et in molendino ipso X quarterios frumenti qui singulis annis prius reddentur. Ex alia autem parte ville dedimus totam terram quam emimus a Ricardo de Sancto Georgio, sed postea ipsam excambiavimus et in excambium dedimus masuram duarum acrарum in Grimovilla et masuram II acrарum in Montcaton, et masuram IIII acrарum et dimidie virgate in Torevilla, quas supra diximus. Concedimus etiam donum VI quartariorum frumenti quos Robertus Heriz, concedentibus filiis suis Rogero et Andrea, pro salute anime sue et uxoris sue Agnetis, memorate abbatie dedit et in molendino suo assisivit. Dedimus et in Anglia terciam partem manerii de Mundrehan cum omnibus pertinentiis suis, pro excambio decime reddituum ejusdem manerii, et de Bernehan et de Wauburguetone. Hec autem omnia dedimus predice abbatie in perpetuam elemosinam omnino libera et quieta, sicut decet elemosinam, partim pro excambio decime reddituum nostrorum quam prius reddebamus, partim in augmento, pro salute nostra et antecessorum et successorum et heredum nostrorum, et, ut rata permaneant, sigilli nostri impressione firmavimus. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCLXII his attestantibus : Willelmo Abrincensi archidiacono, Ricardo Constantiensi archidiacono, Ricardo de Haia, Radulfo de Haia, Reinaldo capellano, Ricardo capellano, Willelmo de Oireval, Ricardo filio ejus, Rogero de Sancto Johanne, Willelmo de Filgeriis, Willelmo de Braeio, Gisleberto de Campellis, Thoma de Sancto Pancratio, Hugone filio ejus, Roberto et Willelmo de Veim, Philippo et Willelmo de Lesiaus, duobus Rogeris de Rochella, Radulfo de Fornellis, Rogero de Ikelon et aliis multis.